



Scholia In Primarias Preces Imperatoris

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

I. Præscriptio an currat contra Cæsarem suis nominationibus non utentem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

tores aut Collegiatis huicmodi n^{on} principales non existant, ad eorundem Collatorum, & Collatricum o^r Collationem, p^{ro} provisōnem, q^{uo}d pr^{es}entatiōnem, electionem, seu quamvis altam dispositionem, communiter r^e vel dīvīsive pertinentibus, sⁱ singulis personis conferendis, seu sūper hoc quod persone huicmodi ad illa recipientur, & admittantur, Preces porrigit, seu de personis eisdem ad huicmodi beneficia nominationes fieri contigerit primarias iidem Collatores & Collatrices (salvo quod singula Collationes & singula Ecclesiæ, ex hoc ultra quam in t^{er} uno beneficio non graventur, ac ipsi Collatores, & Collatrices saltē uⁿ quatuor beneficia Ecclesiastica confere habeant) huicmodi precib^{us} & nominationibus parere & intendere, nec non personas ipsas ad huicmodi beneficia, x postquam ip̄s de illis canonice provisum fuerit, iuxta earundem Precum, aut nominationem tenorem, recipere, & admittere debant & etiam teneantur.

SCHOLIA IN SECTIONEM II.

a QVOD SI PER TE Hic incipit exordium concessionis Precum, & ad-
verte quod non solum nominati per Cæsarem gaudent hac prarogativa Pre-
cum, sed etiam nominati per eum cuius illud per Cæsarem cessum est. Unde
nominati à Serenis. Electore Colonensi Principe, & Episcopo nostro cle-
mentissimo censentur nominati à Cæsare, quia nominatus de mandato alte-
rius, censetur nominatus à mandante, Felic. in repert. in verbo nominatus de man-
dato. Sed an contra Cæsarem possit cader prescriptio, si induito nominatio-
nium non utatur? Negativè respondeo, quia contra privilegium consistens,
in voluntate privilegiati, non currit prescriptio, si non fuerit usus privile-
gio, dummodo tamen alii fuerint vni, Cald. conf. 1. de prescript. not. in c. ut privi-
legia de privileg. SECUNDO queritur utrum Imperator qui unum nominavit
variare possit? & videtur quod non: nam in fortioribus terminis, si Papa con-
tulerit duobus, & declaret postea quod intendit, & intendebat secundo con-
ferre, & non primo, ea declaratione non obstante judicabitur pro primo,
Rebuff. ad reg. 17. Cancell. de non tolli ius que sit in pr. Secundo facit, quod illusio
& variatio in principibus, & per sonis gravibus ut plurimum damnatur, Clem.
cum illusio, de renunciat. Rota decis. 33. nu. 17. & 18. de probend. in antiqu. Io. Monac.
in cap. 1. nu. 21. de concep. probend. debet enim princeps esse constans & immobi-
lis, sicut lapis angularis, & sicut Polus in cælo, & unum duntaxat calamum, &
unam linguam habere, & non plures, Philip. Probus in Reg. Frustra num. 5. de
reg. juris in Mart. Laudensis Tract. de principibus q. 258. Tertio facit, quod

Cessatio-
riu^m Cæsa-
riu^m nomi-
nat.

An cadas
prescrip-
tio contra
Cæsarem
non uten-
tem suis
nomina-
tionibus.
Cæsar qui
unum no-
minavit
an vari-
ate posse?

Nomina-

C 3